

Schenitz circa Criguz^{v)} XXV solidos, de qua ad pistrinum in omnem eventum sex modii tritici ministrentur. Alia portio habebit medietatem totius decimae in Vrankinbere et aliarum ecclesiarum parrochialium pertinentium decimam ad eandem, quam ipse portionarius, qui pro tempore eam habuerit, communibus expensis colliget et pro se medietatem tenebit, aliam medietatem domino de Luppe, vel cui dominus episcopus eandem decimam contulerit praesentabit, qui dominus de Luppe de sua medietate subeustodi in omnem eventum XXX solidos communium denariorum ministrabit. Item alia portio habebit (Gline^{w)}) cum omnibus suis pertinentiis et censum de tabernis et macellis in Misna et censum de area Wakkernail et duos hortos in Colonia et in Preudov^{x)} duo talenta, de qua in anniversario magistri Waltheri XXXV solidi ministrentur, et dimidium talentum dabitur pro lignis scolaribus comparandis, et candelae et thimiama et thus cum aliis servitiis consuetis primitus in omnem eventum ministrentur. Item alia portio habebit in Plawenuwiz^{y)} duas maldratas siliginis et sex modios hordei et XVIII modios avenae et unum modium pisae et tria talenta et tres solidos denariorum, et in villa Eygin^{z)} XXX solidos denariorum et de praepositura Wurcinensi XII solidos, de qua ad pistrinum in omnem eventum una maldrata tritici ministretur, et ad altare beati Blasii XIII solidi et pro duobus anniversariis XXX solidi ministrentur. Item alia portio habebit totam decimam in Luppe et unum fertonem in thelonio Caluiz et in Hildebrandesdorf^{aa)} dimidium talentum, praeterea in Misna censum de areis Jouchonis et Hermanni advocati, et de curia domini decani dimidium talentum. Item alia portio habebit aliam medietatem in theloneo Mogelin et mediam decimam in Wiztrop et in Scheniz circa Criguz XXV solidos, de qua in omnem eventum sex modii tritici ministrentur ad pistrinum. Item alia portio duorum vicariorum episcopalium est, in Biscopiz^{bb)} quatuor talenta et tres maldratae tritici et in decima Reinhartsdorf^{cc)} tres maldratae siliginis et avenae, de qua tres maldratas tritici ad pistrinum in omnem eventum ministrabunt. Item alia portio hospitalis habebit, in Luginheim duo talenta et in Biscopiz^{dd)} quinque talenta et unum pratium et duo talenta in Cozzebude et in Luginheim XV modios siliginis et totidem avenae, de qua ad pistrinum in omnem eventum XVIII modios siliginis ministrabit, nihilominus decimam de anniversariis et praesentis sicut prius obtinebit. Supradictae vero amministrationes tam a praelatis quam aliis canonicis portiones habentibus in praesenti vel in posterum habituris, de quibus annona siliginis et tritici ministrari debet iuxta ordinationem hic praemissam, solvi debent in omnem eventum in terminis infra scriptis, videlicet medietas utriusque annonae tritici et siliginis infra dies octo post diem beati Mychahelis proxime numerandos debet esse penitus persoluta. Alia vero medietas infra octavam beati Andreae similiter in omnem eventum debet esse soluta integre et perfecte; triticum autem bonum et electum cum siligine bona similiter et electa cum plena Misnensis civitatis mensura ad pistrinum in ante dictis terminis omni occasione videlicet sterilitatis et hostilitatis seu tempestatis et alterius cuiuslibet excusationis exclusis penitus solvi debet. Si vero aliquis praelatorum vel canonicorum in

v) Schänitz bei Krögis, Par. Ziegenhain. w) Gleina, Par. Staucha. x) Cölln bei Meissen; Pröda, Par. St. Afra. y) Planitz, Par. Ziegenhain. z) unbekannt (Eichart, Par. Grossweitzschen?). aa) Luppä, Eph. Osehatz; Calbitz, ders. Eph.; Hilbersdorf, vgl. no. 209. S. 168. bb) Piskowitz, Par. Lenz oder Zehren. cc) Reinersdorf, Eph. Grossenhain. dd) Luginheim, jetzt Vorwerk mit Schäferei zu Taubenheim gehörig; Piskowitz, Par. Taubenheim.